



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Summula clarissimi iurisco[n]sultissimiq[ue] viri
Raymundi**

Raimundus <de Pennaforti>

Colonie, 4.III. 1502

VD16 R 168

Tria requiruntur ad baptismum

urn:nbn:de:hbz:466:1-31223

folium XLVIII

runtur. tunc talis permanet non baptisatus siue illorum. Pro quo
Sciendum primo. quod tria requiruntur circa baptismum. Primum est debita verborum platio. Secundum est ipsius infantis immersio vel aqua superfusio. Tercium est intentio. scilicet ut ipse baptisatus intendit facere id quod facit ipsa ecclesia. Et si unum illorum defuerit tunc baptismus viciatur. id est quod ipse puer manet imbaptisatus.

Notandum secundo per modum dubij. et ponatur casus quod sint duo homines. quorum unus immergat puerum et alter proferat verba. et ponatur ulterius casus possibilis quod fiat tempore necessitatis. ita quod sint duo sacerdotes quorum unus est factus mutus et ille immergat puerum. et alter sit carus manibus. et ille formam verborum proferat. tunc dubitatur. videlicet talis puer sit baptisatus. an non. Et videtur quod talis puer sit baptisatus. quod sine isto sacramento nullus potest saluari. ut patet ex dicto euangelij plus allegato. Respondetur ad hoc dubium secundum Richardum in tertio de lege dei. quod talis puer non est baptisatus. quod ad baptismum tria requiruntur. Primum quod ibi sit debita verborum platio. Secundo quod immergat. Tercio quod intendat facere hoc quod ecclesia facit. modo cum unum illorum defuerit tunc puer non est baptisatus. scilicet in presenti casu unum illorum deest. scilicet debita verborum platio sicut in mutis. ergo talis puer manet non baptisatus. Alii autem doctores respondent. quod tunc talis puer manet imbaptisatus. quod immersio et platio verborum debent fieri ab uno. scilicet sic non fit hic. ergo etc.

Tercio notandum. ponatur quod duo circa fontem proferant verba. sic quod ambo dicant. ego baptiso te in nomine patris et filij et spiritus sancti. et unus solus immergat. tunc dubitatur. videlicet talis puer sit baptisatus. Et videtur quod non sit baptisatus. quod vel illi dicunt nos baptisamus te in nomine patris. et filij. et spiritus sancti. vel dicunt. ego baptiso te in nomine patris et filij. et spiritus sancti. Si primo modo. tunc non habet debita forma baptismi quam christus instituit. Si secundo modo. tunc puer bis baptisaretur. et quod baptismus est sacramentum irreiterabile. ergo videtur quod talis puer non sit baptisatus. Ad hoc dubium respondetur quod talis puer est baptisatus. Sed tunc ad rationem dicitur quod dicitur. vel dicitur nos vel ego. Respondetur quod non dicitur nos. scilicet dicitur illorum dicat. ego baptiso te etc. Et sic iste vicinarius proferens verba et cum hoc immergens baptisat. Sed tamen hic quidam respondet sub cautela sic. quod si unus citius diceret. ego baptiso te quam alter. tunc ab illo. qui citius diceret talis puer esset baptisatus et non ab alio. quia sacramentum baptismi est irreiterabile. Sed hoc non tene valet. quia si astans diceret citius illa verba et non immergeret. tunc ipse puerum non baptisaret. sed solum immergens.

Quarto notandum. videlicet iudeus vel infidelis potest baptisare. Et videtur quod non. nam quicumque est peccator ab ecclesia ille non potest baptisare. sed iudeus est homo. ergo etc. Consequentia tenet de se. similiter et maior. Sed minor patet per dictum propheticum ubi dicitur. Nolite sanctum dare canibus. Sed in oppositum est autoritas patris per illud quod plus dixit. a quocumque posse sumere baptismum. Ad illud dubium respondetur. quod ipse iudeus potest baptisare. quod eodem modo valet baptismus collatus per malum sicut per bonum. et baptismus non est ministerii proferentis. sed christi. et hoc est verum. si ipse intendit facere hoc quod intendit ecclesia facere. et cum hoc proferat debitam plationem verborum et immergat puerum. ita tamen quod hoc permittitur ab ecclesia tempore necessitatis siue causa necessitatis. quod sine isto sacramento nullus potest saluari. Sed tamen iste iudeus non potest baptisare ex officio et ex autoritate. ut patet per hanc argumentum. Sed tunc ad rationem autoris hic in littera dicitur. quod autoritas eius intelligitur de articulo mortis. sed non quo ad autoritatem vel quod ad officium